

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4948

Auteur(s) : Mathieu de Grouchet [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Jean Boutin [prêtre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1274, 18 janvier

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Mathieu de Grouchet, chevalier, vend à Jean Boutin 66 sous 6 deniers de rente à Saint-Aubin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCLXXXIII, p. 288-289.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Matheus de Grouchet, miles, vendidi et concessi et omnino dereliqui domino Johanni Boutin, presbitero, sexaginta et sex solidos turonensium et sex denarios, quos homines mei de parrochia Sancti Albini de Cotebullenent debebant michi annuatim de redditu, videlicet : Robertus Haset VI. sol. et VI. den. et II. gallinas et VII. ova ; Stephanus Haset IX. sol. et IIII. den. ; Ermenfrei V. sol. ; Guillelmus dictus Bonus V. sol. ; Guillelmus Heroudel V. sol. ; Radulfus dictus Bonus XVIII. den. ; Nicholaus dictus..... XVIII. den. ; filia Choisnet VIII. sol. ; Gauter dictus Bonus IX. sol. ; Guillelmus Anglicus II. sol. ; filia Johannis Larguet III. sol. ; Maumongnier V. sol., et Robertus Larguet XIII. cenoman. Tenendos et habendos jureque hereditario possidendos predictos sexaginta et sex solidos et VI. den. predicto presbitero et heredibus suis, libere, quiete et pacifice ad faciendam exinde, salvo jure capitali, suam penitus voluntatem, absque ulla mei vel heredum meorum de cetero reclamatione, per quasdam cerotecas de valore trium denariorum reddendorum michi et heredibus meis de dicto presbitero et de heredibus suis annuatim ad Natale Domini. Pro hac autem venditione et concessione predictus presbiter dedit michi viginti libras turonensium de quibus me teneo sufficienter pro pagato. Et ego miles prefatus et heredes mei prefato presbitero redditum prefatum contra omnes ad usus et consuetudines Normannie garantizare debemus sive loco competenti, valore ad valorem, in nostro hereditagio excambiare, nec in dictis hominibus nec in tenementis de quibus ipsi redditum nominatum aliquid retinui quod ad me vel ad heredes meos, ratione hereditaria, valeat revenire. Et ut hoc firmum et stabile futuris temporibus teneatur, presentem cartam sigilli mei testimonio confirmavi.

Actum anno Domini M° CC° LXX° tercio, mense januario, die mercurii ante festum Sanctorum Fabiani et Sebastiani.

Testibus his : Guillelmo dicto Filesei ; Colino Dreugnel ; Guillelmo de Fouei ; Renoudo Le Bateor ; Johanne Dior, clero, et aliis.